

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 18: De sequela dyaboli (6)

Augustinus:

Sequela dyaboli est peccatum peccato addere.  
Qui peccatum peccato addit, funem nectit unde ligetur.  
Quilibet enim debet dicere illud Augustini:  
Ex quo Christus me redemit, non me vendam,  
ne qui sanguine Christi redemptus sum, iterum venalis fiam.  
Venalis autem fit homo quando mortaliter peccat,  
quia iterum oportet eum redimi de potestate inimici,  
sub qua est propter sua peccata.

[fons nondum repertus]